Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

7) Bertholdus III vivo patre occurrit ~~sub titulo Marchionis~~ ~~sine additio~~ sub titulo Ducis Dalmatiæ apud Meichelbeckium Chron. Buran. p. II, inst. 72: Notum sit cunctis Christi fidelibus, qualiter Bertholdus Marchio Istriæ, et filius ejus Bertholdus Dux Dalmatiæ tradiderunt Deo, et s. Benedicto per manum Domini Oudalschalchi de Uffilindorf ecclesiam in Vindingen pro remedio animæ suæ et parentum suorum. Huius rei testes sunt idem Oudalschalcus delegator, Heinricus de Antorf, Heinricus de Rotenberch, Wer. de Worte, Heinric Kayzere, Ethich de Satrinti (forte Sarentia) Oudalricus de Eppan etc. Rerumquetamen Dux Meraniæ scriptus inveniturQua via autem Dalmatia et Merania civitas a Dachovis ad Andecios devoluta sint; supra Add. 4. conjecravimus. Certi nihil habemus. ~~Arundius Stemmat.~~ Bav. v. Dachau: Das Herzogthumb Dalmatia ward durch Kayser Friderich den ersten, Marggraf Berchtolden von Yßereich dem vierdten (dritten) diss Namens verliehen.

8) Diploma hoc, quia Bertholdi qua Ducis, ~~omnia~~ primum est, et patriam nostram, et quidem Oenivalis nostra locum præcipuum concernit; integrum ex Buglehnero t. I, l. 13, c. 4,